



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hummeri. Vires.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE HUMERIS.

VIRES. CAP. LX.

Humeri dubio procul vires & fortitudinem, ut Eucher. ait, in Sacris literis indicant. Unde Esai-
as, Cap. 9. cum magni arcani onus crucem ipsam gestandam prædivinaret: *Potesias*, inquit, *su-*
per humerum ejus. Cicero de senectute: *Cum humeris bovem sustineret vivum.* Et Orat. pro Flacco:
Respublica quam vos universam in hoc judicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, Judices, sustinetis,
& ita sapius.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXXIII.

DE IIS QUÆ PER OCULOS, AVRES,
NASUM, OS, ET IN EO PARTES
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD URBANUM BOLZANIUM PATRUUM.

Facile meminisse potes, honoratissime Patruus, quarto ab hinc mense cum Venetiis essem, teque
viri illi clarissimi, Daniel Ranerius, Nicolau Leonicensis, & Leonicus Thomeus adissent,
Græcas adhuc literas atate tam confecta docentem inspekturi: quam illa fuerint, qua su-
per oculis ex totius antiquitatis eruditione repetisti, quæq; illi ad propositum argumentum
addidere: quid super auribus, quid super ore, & ejus partibus examinerint. Nam eum tu
diem, ob eorum amicorum conventum, & tam variam rerum eruditionem inspektam, qua hinc inde emi-
cait, inter totius vitæ tuæ jucundissimos recensuisti. Comperimus vero te in honestissimo studiosorum cœtu
Pindari oscula interpretantem, forteq; locum illum explicabas, Nemeis, Dinia, *μαγευός δε κρη, τήρλας δε*
δουαατ. Δεός τισι. hic tu horum adventu plurimum exbilantus, opportune de latitia, qua statuerit in o-
culis fidem, disseruisti. Gestit enim interpretem baris, voluptas ex oculis fidem facere: latitiam scilicet oculi
patientioris figura hieroglyphice apud Ægyptios significari, in iusque jucunditatis præcipuam esse sedem,
quia gaudium se primum ab oculis prodat. Eorum enim tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum
bilivitate, motus animorum explicari, atque, ut nostri ajunt, eos nimis argutos: quem admodum animo af-
fecti simus loqui. Polemonis dictum haberi, oculos esse tanquam fores animi: per oculos quidem animum e-
micare, indidemque animum introspecti: ex quo nonnulli oculum verum cordis nuntium diciturur
Usque adeo vero totam corporis vim in oculis incumbere, ut Zamolxis & Abaris Philosophi, toti
corporis curatione opus esse dixerint, si quis oculis mederi vellet: quod si corpus curare quis affec-
ret, animum in primis depurgandum. Subjecisti mox: Essent autem multa ex Ægyptiorum doctrina in o-
culorum hieroglyphicis: sed ne vos *πείθεσθαι* importune demorer, reliqua Pindarica prosequar. Imo, re-
spondit Ranerius, peropportune, Urbane pater, in hunc sermonem incidisti, ut de literis Ægyptiacis loquerere.
Nam per totum hesternum atque hodiernum diem hospites hosce meos Leonicenum atque Leonicum sati-
gavi, super hujusmodi generis doctrina eos perconatus, qui quidem multa eruditissime, tanquam sa-
cra Cereris aperuerunt. Sed quod ad singulorum partes faceret, herere se aqua in plerisque ingenue
professi sunt. Causa autem hujus inquisitionis erat, quod tabula cujusdam ob antiquitatem admirabilis
exem-